



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

47 Priores, bajulivi, & commendatarij Religionis Hierosolymitanae sunt veri  
Ordinarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

<sup>44</sup> quandoquidem † ex omnibus Prioratibus, Castellaniæ, Emptoræ, Bajulvariis, Commendis, & administrationibus, <sup>47</sup> qua per cessionem, & resignationem aliis conferuntur, fructus, & redditus duorum annorum integrorum, primi, & secundi anni ab ærario Religionis sunt excipiendi, ultra quod provisi de commendis per resignationem omnia debita, quibus resignantes tempore resignationum, & cessionum obnoxii erant, persolvere tenentur, ut in stabil. c. præterea & c. in super de com. arar. etiam si Apostolica auctoritate fuerint provisi; ut in motu proprio Pij IV. & alio Pii V. non impresum, sub Sixto V. in forma, rationi congruit, expedito, in libro ejusdem Religionis registratis, & in motu proprio in Bull. Greg. XIII. incipien. dudum sel. rec. Pius Papa V. c. 78.

<sup>45</sup> Sunt etiam † omnes commendæ gravatae annuis pensionibus perpetuis, communi ærario Religionis persolvi debitis, quæ impositiones, & responsiones vocantur, ut in stab. 1. de com. arar. quas annis singulis in capitulo Provinciali, vel in Feito s. Joannis Baptista quocunque casu fortuito, & inopinato non obstante, Receptoribus, & Procuratoribus Religionis, Piores, Castellanus emptoræ, Bajulivi, Commendatarii, & fratres tam exempti, quæ non exempti persolvere tenentur, cap. statuimus, il. 1. & c. quid, si aliqui, eo. tit. à quibus resignations clandestinæ, aut siuulariæ fieri non poslunt, <sup>46</sup> dispositio † enim quantumcunque generalis, semper debet interpretari, & restringi, ut non comprehendat casum absurdum, per quem quis indebitè penam <sup>47</sup> incurrat, Bart. int. Cesar, n. 1. ff. de publ.

Paris, conf. 59. num. 23. & 24. vol. 3. & Osach. decis 59. num. 8.

Piores, † Bajulivi, & Commendatarii intra limites suarum commendarum sunt veri Ordinarii, ut in Bull. Pii IV. c. 14 p. 172. circa fin. et. in stabil. c. priori c. prior, c. impunitas, de prior. & sunt excepti à iurisdictione quorumcunq; Ordinarii, habentq; collationē beneficiorū suorū, Prioratum, Bajulivarii, & commendarum extra conventum, etiam per resignationem vacantium, ut in c. priores in suis, & c. tamensi, de comm. Ideo in istis resignationi per inferiores collatores extra conventum admissis collationibus subsecutis, & aliis Apostolica auctoritate admissis procedit dicta constitutio, quod tales resignationes debeant publicari, quia, cum non possit dari ratio diversitatis ab aliis Ordinariis, & expresse comprehendatur beneficia, & commendæ militiarū, sunt publicandæ ad mentem ipsius constitutionis, alias ob non publicationem vacant ex supra allegatis.

<sup>48</sup> Quæritur de coadjutoriis, fan subjacent constitutioni Greg. XIII. de publicandis resignationib: dubiū facit cōsensus coadjuvati, qui requiritur in coadjutoriū concessione, & habet vim resignationis, ut per Püt. decis. 58. n. 2. l. 2. & coadjutor, adveniente morte coadjuti, remanet subrogatus sine alia collatione, aut provisione, perinde, ac si esset resignatus cū reservatione omniū fructuū, quo decederet fructus cedunt titulo, & cū resignationes cū fructu reservatione sint publicandæ, ut in dicta constit. §. cōserū modus, par ratione videntur, publicandæ coadjutoriæ, quia tibi est eadē ratio, idem jus esse debet, l. illud f. ad l. ag. & Cravet. consi.